Quelle: https://manuscripta.at/?ID=5915
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48"> <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg">



psa

sicut pullus hirundinis sic clamabo meditabor ut columba de
mutati sunt oculi mei suspicientes in excelsum Domine vim patior responde
pro me quid dicam aut quid respondebit mihi cum ipse fecerit Recogitabo tibi omnes
annos meos in amaritudine animae meae. Domine si sic vivunt et in talibus vi
ta spiritus mei corripies me et vivificabis me ecce in pace amaritudo
mea amarissima Tu autem eruisti animam meam ut non pereat pie
casti post tergum tuum omnia peccata mea Qia non infernus confitebitur tibi nec
mors laudabit te non exspectabunt qui descendunt in lacum veritatem tuam
Viventes viventes ipsi confitebitur tibi sicut et hodie pater filiis notam fa
cet veritatem tuam Domine saluum me fac et psalmos nostros cantabimus
cunctis diebus vitae nostrae in domo domini Et iussit ysaias ut tolle
rent massam de ficis et cataplasmarent super vulnus et sanaret
Et dixit Ezechias. quid erit signum quia ascendam in domum domini

In tempore illo misit Marodach baladan filius baladan rex
babilonis libros et munera ad Ezechiam audierat enim quod egro
tasset et convalluisset Letatus autem super eis Ezechias et ostendit
eis cellam aromatum et argentum et aurum et odoramentorum et vngen
tum et omnem apotecam supellectilis suae et omnia quae inventa sunt
in thesauris regis. Non fuit ibi quod non ostenderet eis Ezechias
in domo sua et in omni potestate sua Intravit autem ysaias propheta ad
regem Ezechiam et dixit ei Quid dixerunt viri isti et unde ve
nerunt ad te Et dixit Ezechias de terra longinqua venerunt ad me
de babilone Et dixit ysaias Quid viderunt in domo tua Et
dixit Ezechias omnia quae in domo mea sunt viderunt non sunt res
quae non ostenderim eis in thesauris meis Et dixit ysaias ad
Ezechiam Audi verbum domini exercituum Ecce dies venient et au
ferentur omnia quae in domo tua sunt et quae thesaurizaverunt patres tui usque
ad diem hanc in babilonem non relinquetur quidquam dicit dominus Et de
filiis tuis qui exibunt de te quos genuisti tollent et erit eunuchi
in palatio regis babilonis Et dixit Ezechias ad ysaiam
Bonum est verbum domini quod locutus es Et dixit fiat in
veritate in diebus meis Sequitur pl. m.

Consolamini consolamini populi meus dicit deus vestr
Loquimini ad cor Jerusalem et advocate eam quia completa